



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XXIV. Taxa pro Hospitali S. Rocchi de Urbe.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignora-  
rante contigerit attentari.

**S. 9.** Non obstantibus præmissis, ac quatenus  
opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Re-  
gula de Jure quæsto non tollendo, alisque Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,  
necnon dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, &  
Conventuum, alisque quibusvis etiam Juramen-  
to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-  
tate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus,  
privilegiis quoque Indultis, & Literis Aposto-  
licis sub quibuscumque tenoribus, & formis,  
ac cum quibusvis etiam derogatoriarum deroga-  
torioris, alisque insolitis clausulis, & Decretis,  
etiam motu, scientia, & potestatis plenitu-  
dine paribus, & alias quomodolibet in con-  
trarium præmissorum concessis ac plures con-  
firmatis, approbatis, & innovatis. Quibus om-  
nibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti  
derogatione, de illis eorumque totis tenoribus  
specialis, specifica, & individua, ac de verbo  
ad verbum non autem per clausulas generales  
idem importantes mentio, seu quavis alia ex-  
pressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma  
ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, præ-  
sentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac  
ad verbum insertis habentes; illis alias in suo  
robore permanens, ad præmissorum effectum  
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-  
mus, cæterisque contrariis quibuscumque.

**S. 10.** Volumus autem, ut earundem præ-  
sentium literarum transumptis, seu exemplis  
etiam impressis manu alicuius Notarii publici  
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica  
dignitate constitutæ munitis, eadem proflus  
fides in Judicio, & extra illud habeatur, qua  
haberetur ipsiis præsentibus, si forent exhibitæ,  
vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die xx. Novemb. MDCLXXVII.  
Pontificatus nostri Anno Secundo.

## XXIII.

Conceditur Indulgentia Plenaria perpetua visi-  
tantibus aliquam ex Ecclesiis tam erectis,  
quam erigendis Congregationis Clericorum  
Regularium Barnabitarum in Festis conver-  
sionis, & Commemorationis S. Pauli Apo-  
stoli.

Dat. 2. Dec.  
1677. An. 2.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Universis Christifidelibus presentes literas inspe-  
ctentibus salutem, & Apoſt. Benedictionem.

## Exordium.

Preces Pro-  
curatoris  
Gen.

Concessio  
Indulgentie  
Plenarie  
perpetuae.

Cœlestium munierum thesauros, quorum dif-  
fensionem humilitati nostra creditit di-  
vina dignatio, libenter erogamus, sicut ad fo-  
vendam, incitandamque Fidelium erga Sanctos  
in Cœlis cum Christo regnantes devotionem, fa-  
lubriter expedire in Domino arbitramur.

**S. 1.** Suplicationibus itaque dilecti filii Pauli  
Antonii Sandriani Procuratoris Generalis Con-  
gregationis Clericorum Regularium S. Pauli De-  
collati Barnabitarum nuncupatorum nomine Nobis  
super hoc humiliter porrectis inclinati, ac  
de Omnipotente Dei misericordia, & Beatorum  
Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate  
confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus  
Christifidelibus vere penitentibus, & confessis,  
ac Sacra Communione referctis, qui aliquam ex  
Ecclesiis Clericorum Regularium Congregatio-  
nis prædictæ haec tenus erectis, & in posterum  
quandocumque erigendis, ac ubicumque loco-  
rum existentibus in Conversionis, & Comme-

morationis ejusdem S. Pauli Apostoli festis die-  
bus a primis Vesperis usque ad occasum Solis  
dierum hujusmodi singulis annis devote visita-  
verint, & ibi pro Christianorum Principum con-  
cordia, hærelam extirpatione, ac S. Matris Ec-  
clesia exaltatione, pias ad Deum preces effude-  
rint, quo die ex prædictis id egerint, Plena-  
riam omnium peccatorum suorum indulgentiam,  
& remissionem misericorditer in Domino conce-  
dimus, præsentibus perpetuis futuris tempori-  
bus valuturis.

**S. 2.** Volumus autem, ut præsentium literarum  
transumptis, seu exemplis etiam impressis  
manu alicuius Notarii publici subscriptis, &  
sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica consti-  
tutæ munitis, eadem proflus fides ubique adhi-  
beatur, quæ ipsiis præsentibus adhiberetur, si  
forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem sub Annulo Piscatoris die II. Decembris  
MDCLXXVII. Pontificatus nostri Anno Se-  
cundo.

Confirmatur Statutum Hominum Artis exone-  
rantium ligna ad Ripam parvam Tyberis, quo  
ad signatur Hospitali S. Rocchi unus julius pro  
unaquaque Navi lignis onerata.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

## XXIV.

Dat. 4. Dec.  
1677. An. 2.

Causa Statu-  
ti Hominum  
Artis exone-  
rantium  
ligna.

**E**xponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Uni-  
versitas, & Homines Artis eorum, qui li-  
gna exonerant ad Ripetam de Urbe, quod  
singuli Homines d. Artis juxta Statuta Universi-  
tatis prædictæ auctoritate Apostolica confirmata,  
quatuor Julios moneta Hospitali S. Rocchi de  
eadem Urbe quotannis solvant adhuc ut dum  
morbo laborant in d. Hospitali curationis causa  
recipientur; dictum vero Hospitali, propter  
multitudinem ægrotorum, quos in dies recipit,  
gravia subeat dispendia, quæ vix potest suppor-  
tare: Ipsi exponentes num. 40., & amplius, in-  
simil congregati præmissis consideratis, unani-  
mi consensu statuerunt, ut præter, & ultra  
quatuor Julios moneta hujusmodi, quos annua-  
tum pro eorum quolibet, ut præfertur solvunt,  
moderni, & pro tempore existentes Homines  
Universitatis prædictæ unum alium Julianum ejus-  
dem moneta, pro qualibet Navi lignis onerata,  
quam ad Ripam Tyberis exonerabunt, Hospi-  
talii prædicti solvere teneantur, ad hoc, ut exin-  
de necessitati ejusdem Hospitalis per amplius  
provideatur.

**S. 1.** Cum autem sicut eadem exposito sub-  
jungetur, dicti exponentes Statutum hujusmodi,  
quo firmius subsistat, & servetur exactius Apo-  
stolica confirmationis nostræ patrocinio commun-  
iri summopere desiderent: Nos specialem ipsis  
Exponentibus gratiam facere volentes, & eo-  
rum singulares personas a quibusvis excommu-  
nicationis, suspensionis, & interdicti, alisque  
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a  
Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel  
causa latissima, si quibus quomodolibet innodata  
existunt, ad effectum præsentium dumtaxat con-  
sequendum, harum serie absolventes, & abso-  
lutos fore censentes, supplicationibus eorum  
nomine Nobis super hoc oblatis inclinati, Sta-  
tutum præfatum, quod Homines d. Universi-  
tatis deinceps unum Julianum pro qualibet Navi  
lignis onerata, quam ad Ripam prædictam exo-  
nerabunt, memorato Hospitali solvere teneantur,  
a prædictis Exponentibus factum, ut præ-  
fertur, dummodo tamen novum onus hujusmo-  
di in damnum eorumdem Hominum dumtaxat

Preces Ho-  
minum Artis  
d. pro Sta-  
tuti confir-  
matione.

Confirmatur  
prædictum  
Statutum.

1677.

cedat, dictusque Julius ex sola eorum mercede defumatur, quæ proinde nullo modo alterari possit, nec id in damnum, seu præsumptum DD. Navium, vel lignorum hujusmodi, aliorum quorumlibet ulla tenus redundet, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausulae.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, vel ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit d. Universitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die IV. Decembri MDCLXXVII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXV.

Conceduntur Religiosis Insularum Philippinarum Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui in Romana, vel Hispaniae Curia Procuratoris Officio per triennium functi sunt, omnia suorum Exprovincialium privilegia.

Dat. 17. Dec.  
1677. An. 2.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*Causa Con-  
cessionis.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Insularum Philippinarum nuncupatarum in Mari Oceano Ordinis Eremitarum Sancti Augustini nobis expostrum fuit, quod cum ipsis ad procuranda in Romana, & Regia Hispaniae Curia urgentia dictæ Provinciae negotia aliquem Religiosum mittere debeant, nec reperiatur ullus Religiosus, qui id oneris in se suscipere velit, tum propter adeo longum, ærumnofusque iter, quod sine gravibus incommodis, vitæque periculo peragi nequit, tum etiam quia ejusmodi Procuratores postquam triennio, & amplius in suo munere exercendo laborebunt nulla prærogativa fruuntur, iidem exponentes plurimum cupiunt a nobis indulgeri, ut illi qui per triennium continuum Procuratoris hujusmodi munus in dictis Curis exercerent, privilegiis Exprovincialium fruantur. Cum autem sicut eadem expositorum subjungebat, non solum tota Provincia prædicta, sed etiam nuperus Prior Generalis dicti Ordinis Indulti hujusmodi concessionis consensum præstiterit: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Consensus  
Prioris Ge-  
neralis, & to-  
tius Provin-  
ciae, Religio-  
forumque  
preces.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penitentiis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attento confenu memorati Prioris Generalis, ut in posterum illi Religiosi dictæ Provinciae, qui Procuratoris ipsius Provinciae munus in Curis supradictis saltet per triennium exercerent, omnibus privilegiis, prærogativis, & exemptionibus, quibus illi, qui Prioris Provincialis ejusdem Provinciae munere functi sunt, potiuntur, & gaudent, pari modo potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinariis, & Provinciae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die XVII. Dec. MDCLXXVII. Pontificatus nostri Anno secundo.

XXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regul., quo permisum fuit, ut Superiores Ordinis Prædicatorum Portugalliae Provinciae possent removere ex Conventibus Religiosos Conventualitatum Indultis munitos.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*Dat. 5. Jan.  
1678. An. 2.Causa De-  
creti.

A Lias pro parte dilectorum filiorum Prioris Provinciae, ac Diffinitoris, & Electoris Provinciae Portugalliae Ordinis Fratrum Prædicatorum tunc in Romana Curia præsentium Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita quod cum pro bona direktione dictæ Provinciae oporteret ut unusquisque Conventus eum habaret numerum Religiosorum, qui in illo sustentari possint, ipisque Religiosi essent magis opportuni pro necessitate Religionis in qua dicti Con-

ventus

In affig-  
natione Reli-  
gioforum d.  
Provinciae  
habenda era  
ratio reddi-  
tum cuiusque  
conven-  
tus, & con-  
ditionis lo-  
cutorum.